Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Et frustra sepe tribulationibus sui flagellatus sustinui pe-
nas ac penuriam, et castigatio mea de petis presentis in ma-
tutinis. ⁊ non dissert sed velocius adhibet malis uero uel
nulla castigatio uel seua adhibet.

In oppositum arguens ex auctoritate sanctorum ait
Dicebam si narrabo sic sic ⁊ ꝓ dixerunt hoc est deum nō hic
sicut horum infelicium et aliorum non hic seruorum suorum sic ꝑditi
dubitant de prudencia dei ecce nationes ⁊ dicta filiorum tuo-
rum sicut sictos patriarchas et ꝓphetas reprehendi omis enim alit docent
quibus credere debeo

Sed ne reprehendere videres dicta patrum et ꝓphetarum doctrine ita cito
contradicere Existimabas ⁊ cogitabam dare operam ut cog-
noscerem veritatem aut sic in primis deus permittit peccatores p-
sperari et iustos deficere sed hoc laboriosum et difficile est
ante me suggredit enim facultatem intellectus mei

Cur deus permittat peccatores prosperari

Hoc labor est ante me Donec intrem in mente et studio in dic-
ta sacre scripture que sanctuarium dei dicit quia deus in ea
nobis loquitur et intelligam nouissima eorum sic punientur
malorum ibunt enim hi in supplicium eternum licet hic temporaliter
floruerunt et primi iustorum qui iusti ibunt in vitam eternam
licet hic temporaliter fuerunt afflicti de quibus scriptura sat in
vtroque testamento plene loquitur.

Declarat hic dictam determinationem secundum ea que dicit in sanc-
tuario et ad ea que ex aduerso inducebant de prosperitate
malorum et longa eorum uita dicit quod non est sic semper primo
sepe breuiatur uita eorum et temporalis eorum felicitas a-
to euanescit dicens

Verumtamen propter dolos et fraudes quibus mali affli-
gunt innocentes tu deus posuisti eos finem sue temporalis p-
speritatis subtrahendo eos cito de uita presenti et sepe de-
cerpsisti eos ab altitudine superbie eorum dum adhuc essent
in augmento felicitatis sue

Vnde propheta videns nouissima malorum et admirans ait
Quomodo qui hesi tanta felicitate possebant rebus